





plurimam naturam, quam partes, licet aliter sentendum sit de prioritate intentionis, quia agens prius intendit totum, quam partes; hæc sunt eius formalia verba, in quibus cernitur manifesta contradictio, vel perveritissimus loquendi modus: dum enim dicitur primarie executionis assumptam prius esse naturam, quam partes loquendo de assumptione per modum unionis personalis, & statim lubidit aliter loquendum esse de prioritate intentionis, sanè per hæc adversarivam significat, quod licet tota natura fuerit primò assumpta, quam partes, ordine executionis, non tamen ordine intentionis, & dum statim probat, aliter loquendum esse de prioritate intentionis, quia agens prius intendit totum, quam partes, iam indicat totam naturam fuisse primò assumptam, quam partes, nedum primarie executionis, sed etiam intentionis, unde sequitur non aliter in hoc puncto loquendum esse de ordine executionis, & intentionis, sed eodem prorsus modo.

143 Præterea inquit ibi, illam quartam conclusionem esse contra Maiorem, Bellutum, & Ferchium; & tamen Ferchius in sua unione conclusionem inquit, quod Verbum primò, & immediate assumptum totum unionem personali: partes verò assumptæ secundario, mediante toto, secundum eandem unionem personalem; Bellutus quoque in sua prima conclusione inquit, quod loquendo de assumptione ad personalitatem, vel suppositivam, tam ordine intentionis, quam executionis, Verbum prius assumptum totum naturam, & ipsa mediante partes: Cum igitur hoc totum contineat sua quarta conclusio, & eadem probatio ex Scotto adducatur ab eo, & illis Auctoribus; ut apud ipsos videri potest, non video quomodo sit contra illos; signum evidens, quod eos non viderit, vel certe non intellexerit, cum tamen clarissime loquantur.

154 Quoniam verò dictum est n. 151. probando tertiam nostræ asseritionis partem, rationem illius Doctoris, quam ipse quoque adhibet pro sua quarta conclusione, concludere de assumptione ad personalitatem præcisè, non verò de assumptione simpliciter, & absolute sumpta per modum simplicis sustentationis, quia loquendo de tali unione sunt per se, & immediate assumptibiles, & assumptio per modum simplicis sustentationis non pendet ab assumptione ad personalitatem. Hanc explicationem reuicit Auctor ille, quia implicat aliquid uniri alteri ad unitatem personæ, & ab illo non personari saltem extrinsece, sicut implicat aliquid uniri alteri ad rationem suppositi, ita quod ratio suppositi, ut talis, sit terminus; & non suppositari; modo terminus unionis debet esse quod reales ergo, quia propter ibi etiam redarguit Fabrum eo, quod dixerit in 3. dist. 8. c. 2. in fine, unionem ad Verbum esse multiplicem, scilicet, in ratione personantis, suppositarum, & sustentationis, & inquit unionem partium terminari ad personam hoc tertio modo: redarguit inquam, quia unio ad personam nequit esse, nisi personalis, quare cum solum tota natura sit personalis, non partes, sola natura consequenter tali ac erit unio primò unita Verbo non partes, nisi secundario.

155 Quod sola tota natura talis unione personali sit primò unita Verbo, & immediate non verò partes, ultro damus, & concedimus, at quod partes alio genere unionis, quæ est alterius rationis ab unione personali, & dicitur per modum simplicis sustentationis, non sint immediate unitæ, ac etiam primò quam totum primarie executionis omnino negamus, ut constaret dictis numero 149. & 150. probando primam, & secundam nostræ asseritionis partem; Quod verò addit in huius doctrinæ confutationem, implicare aliquid uniri ad unitatem personæ, & ab illo non personari, quia ratione contendit controversia 3. in prima conclusione, quod si natura irrationalis à Verbo assumptur, dicitur ab eo saltem extrinsece personari, & sic pariter in presenti vult partes talis unione personali ad personationem humanitatis assumptæ, quæ sola est primò personabilis; hoc, inquam, totum directè militat contra id, quod docet Scotus ex instituto 3. dist. 2. qu. 1. §. contra istud per totum, & §. cum arguitur, ubi ait, quod unio ad personam potest esse multiplex vel enim est per modum personationis, ut cum assumitur natura intellectualis; Vel per modum suppositionis, & hypostatizationis, ut cum assumitur natura irrationalis; vel per modum simplicis sustentationis sine ratione actus, & potentie, ut cum assumitur aliquid, quod ex se non est naturam immediate suppositari, qualis est quælibet pars essentialis, & quælibet forma accidentalis; quam diversitatem sic Doctor ori ex diversitate fundamenti illarum unionum; quæ quidem doctrina plausibiliter ab omnibus recipitur Scotis, & in eadem impetrat ut hoc auctore controver. 2. citata conclus. 1. etiam si fateatur esse Scoti loco citato, quare immerito, & nimis audacter Fabrum redarguit, cum illa doctrina sit expressè Scoti loco citato.

156 Deinde, si Auctor iste in quarta sua conclusione inficiatur concedere propriam, & immediatam unionem partium ad Ver-

bum per modum simplicis sustentationis, & solum eis concedit unionem personalem, seu per modum personationis secundario, ut ibi se declarat, & in solutione secundæ obiectionis contra quartam conclusionem, ubi ait totam naturam solum esse assumptibilem, & personabilem primo, partes vero secundum tantum; iam amplius saluare non potest propriam, & immediatam unionem partium ad Verbum, distinctam ab unione totius humanitatis, quam antea assererat in prima conclusione, ac in suo Notabili tertio; Etenim Doctor dist. 1. quæst. 2. art. 1. §. contra primam arguens contra Varronem inquit, quod ponendo tertiam unionem, quæ sit totius primo, propter quam tertiam Verbum sit homo, illa sola sufficit sine aliis duabus, & illæ duæ superflue; ubi ut notant Bellutus, & Ferchius loco citato loquitur Doctor de unione per modum personationis, in quo sensu ait superfluas esse duas uniones proprias duarum partium; ergo istæ admitti nequeunt, nisi per modum simplicis sustentationis; Quando autem læpius replicat Doctor totam humanitatem esse in se primò personabilem, sine aliis deducit Auctor ille hoc loquendi modo, quod partes sint in se personabiles saltem secundum, fundando propriam, & immediatam unionem per modum personationis; Etenim non in alio sensu id intelligendum est, quam in tradito ab eodem Doctore quolib. 9. dum inquit, quod subsistere, & suppositari est primo, & immediate quidditas substantialis complete; secundario, & participative partium; ad hoc quod si fiat sermo de hac unione, quæ est per se, vel suppositatio, unio personalis præcisè, primo, & immediate est totius humanitatis; secundario, & participative mediante toto est ipsius animæ, & corporis; ut optime notavit Ferchius loco citato not. 2. ubi proinde lubidit ad hanc personationem non esse necessariam propriam, & immediatam partium unionem, sed sufficere solum unionem humanitatis.

Ex his poterit deducere Lector rationem, cur Auctor ille controverfariam inter Scotum sit adeo variè, confusus, & implexus in suis controversiis, ut nulla vere sit controversia, in qua plures Scoti, & sibi ipsi non contradicant, ut rellatur Gavati- nus noster Archiepiscopus Theatinus de Sacrosancto Missæ dist. 2. quæst. 3. c. 2. n. 272. cum enim ejus finis præcipuus fuerit ad captandam vulgi gloriam omnes, & singulos oppugnare Scoti- itas per se, & inquit Illustrissimus ille testis ibidem omni exceptione major; in nulla controversia sequitur ex i- tero sententiam hujus, vel illius Scoti, & consequenter lo- queretur, sed in adæquate amplectitur sententias oppositas, ut sic statuat sententiam quandam mediam, & occasione habeat statuendi conclusiones contra hos, & illos; Quod quidem ex- perimentum fieri potest in prædicta controversia, An Verbum de factò primo, & immediate assumerit partes humanitatis essentialis, in qua negant Bassolus, Faber Rada, & alii affirmant Maizon, Lichetus, Bellutus, & Ferchius, Auctor noster ad ostendendum ingenii acumen, & maiorem super alios Scoti in- telligentiam statuit primam conclusionem cum Maizon, Li- cheto, & Ferchio, contra Fabrum, & alios, quod Verbum de factò partes assumptæ non tantum mediatè, hoc est per solum unionem in humanitate fundatam, sed etiam immediatè; Deinde quartam statuit conclusionem cum Fabro, & Rada contra Ferchium, & Bellutum negans imm ediatam, & propriam unionem partium per modum simplicis sustentationis, & etiam intrudens per modum personationis secundario, quæ vult immediatè ad- huc in partibus fundari, cum tamen Scotus primæ opinionis, cum quibus quartam statuit conclusionem, illam nunquam agno- verit; Quare oppositas opiniones in eadem controverfia ample- ctens, & utriusque fundamenta confundens, non nisi per am- bages procedere potest, ac conclusiones statuat sibi invicem con- tradicentes quam plane procedendi methodum poterit quisque in aliis quoque huius Auctoris controversiis observare.

In oppositum arguitur Primò, totum essentiale non distin- guitur realiter à suis partibus unitis; ergo malè assignantur tres uniones realiter inter se distinctæ in Incarnatione, veluti esse- tria assumptæ realiter distincta, quarum una fuerit ad totam na- turam per se primò personabilem, alia ad animam, & alia ad corpus; sed potius hæc coniunctio, seu unio humanitatis cum Verbo conflata est ex duabus unionibus partialibus, quarum altera est in corpore, altera in anima Christi; nam & corpus per se unitum est Verbo, & similiter anima, ut patuit in triduo mortis, in quo anima fuit à corpore separata, & tamen utrum- que seorsum mansit unitum cum Verbo; ergo in utroque seorsum mansit unio partialis. Deinde hæc causalis est vera; idè partes fuerunt unitæ, quia totus homo fuit illi unitus persona- liter; ergo unio totius, ut causa præcisè unionis partium quando etiam admittetur triplex unio distincta. Tandem, actio incarnationis est simul productiva simpliciter humanitatis & hypostatizationis cum Verbo, alioquin operetur plures distinguere realiter actiones ex parte Dei, quarum una, quæ scilicet, est ad humanitatem, & consequenter prior non di-

cretur

cretur incarnativa, sive factiva hypostatizationis; nec Ver- bum esset homo ex vi illius, quod est fallum; in hæc unio fuit si- mul cum humanitate, nec præcedit natura humanitatem & ad- partes terminata.

159 Respondeo negando assumptum, ut constat ex dictis in Physica ex Scoto 3. dist. 2. g. 2. atque ideo sicut fuit tria assumpta realiter distincta ita pariter poni debent tres uniones ab invicem realiter distinctæ, ut innuit Doctor cit. litera I. Ad secundum causalis illa est vera in ordine intentionis, & in genere causæ finalis alio- quin in ordine executionis, & in genere causæ materialis, & fi- nalis potius causalis opposita est vera, ideo totus homo fuit Ver- bu unitus, qui eius partes, nam in hoc ordine unio partium fuit dispositio ad unionem totius, non è contrariè; Vel assumptum est verum loquendo de unione per modum personationis iuxta ter- tiam asseritionis partem positam sub numero 151. non autem de unione per modum simplicis sustentationis. Ad tertium pro re- sponione resolvenda est sequens dubitatio.

ARTICULUS SECONDUS.

Dubium incidens, an actio unitiva humanitatis sit eiusdem productiva, ubi de eius termino.

160 Quæstio est de actione, qua humanitas Christi in instanti conceptionis unita est persone Verbi, quæ actio proprie loquendo dicitur unio; & sensus eius est, an hæc actio non tantum fuerit unitiva, sed etiam productiva respectu humanitatis, ita ut per hæc actionem non tantum unita sit humanitas personæ Verbi, sed etiam producta, Thomistæ quomplures affirmant, quod præcipuum fundamentum est, quod omnis productio realis ad existentiam rei terminatur, cum rem producere aliud non sit, quàm quæ existentiam tribuere, quæ in rerum natura existat; Sed humanitas Christi propriam non habet existentiam, cum existat per existentiam Verbi; ergo humanitas Christi, non in se, sed in Verbo producta est, quia productio eius ad existentiam Verbi terminata fuit, & eadem actione, qua producta est, fuit etiam Verbo unita, quia eadem actione communicata est illi exi- stentia Verbi; quem dicendi modum, licet ex alio suo fundamento sequitur quoque ex nostris Vultus dist. 10. art. 1.

161 Opposita opinio est communis, cum Verbum, sicut Recentiorum docens actionem incarnandam fuisse tantum unitivam, non vero productivam humanitatis; ita Alensis, Durandus, Suarez, Amicus, Avera, Arriaga, Becanus, Bellutus, Rada, & alii Scoti- tæ, ac Recentiores præterea. Et ratio famitur ex opposito funda- mento, nam humanitas Christi propriam habet existentiam ab existentia Verbi distinctam, ut postea dicemus; ergo productio humanitatis fuit ad existentiam terminata, ut Thomistæ dice- bant, opus est ordi-æ naturæ prius productam esse humanitatem in propria existentia, quam personæ Verbi fuerit unita; siquidem prius est rem aliquid existere per propriam existentiam, quam uniri, vel coniungi alteri à se distincto. Confirmatur, quia eadem singularis humanitas ait Durandus 2. dist. 5. qu. 2. poterat uti- que à Deo produci, & conservari, & non uniri; ac posset que- quæque similis natura prius tempore producta postea de novo uniri, & rursus posset eadem natura, quæ modo est Verbo unita, nullo superaddito dimitti, ut ait Scotus 3. dist. 1. §. 1. §. contra pri- mam viam; ergo non est eadem actio humanitatis unitiva, & eiusdem productiva, nam hoc admittit humanitas Christi, quan- tum primò à persona Verbi separatur, non posset à Deo conser- vari, sed necessario perire deberet, & de novo produci. Denique ut advertit Amicus dist. 2. f. c. 2. n. 45. Incarnatio succedit huma- nitati loco productionis propriæ substantiæ, sicut enim substantia Verbi succedit loco propriæ substantiæ, ita Incarnatio, quæ est via ad accipiendam Verbi substantiam succedit loco productionis propriæ substantiæ, sed productio propriæ substi- tantie non est productio humanitatis, sed solius substantiæ; ergo nec Incarnatio erit productio humanitatis, sed solius unionis cum Verbo. Pro hæc conclusio vide Bellutum dist. 2. qu. 4. eam colligentem ex Scoto 3. dist. 1. qu. 1. ad 4. ubi loquens de actione, quæ est incarnare, ait ipsi correspondere ex parte na- turæ passionem, quæ est uniri, vel assumi, & concedit naturam assumptam parti, & esse in potentia, per quod expressè innuit ha- bere humanitatem in eam functione rationem subiecti, atque ideo non accipere esse per eam actionem unitivam, quia subie- ctum præsupponit actioni, & non fit eadem actio.

162 Cardinalis de Lugo dist. 11. f. c. 1. fatetur de factò alia actione fuisse humanitatem productam ab actione, qua unio accepit esse, quia de factò, inquit, concedendus est aliquis ordo realis prio- ritatis inter humanitatem, & ipsam cum Verbo hypostatizantem unionem; ergo, & inter earum actiones, nam idem ordo concedendus est actionibus, qui conceditur earum terminis; assump- tum patet, quoniam humanitas, tam quoad partes sigillatim assumptas, quam quoad se totam de factò naturæ præcedit unio-

nem hypostatizantem; hæc enim in humanitate Christi succedit lo- co propriæ substantiæ, & consequenter cum eo ordine, quo posita fuisset propria substantia. Adde tamen de possibili forte non repugnare, ut eadem actione, & simul producturæ huma- nitatis, & ipsius unio cum Verbo, quia non implicat eadem indivi- sibili actione produci duplicem terminum, nisi sit peculiaris repugnantia ex Parte termini, quæ tamen hic non apparet, quæ ratio- nem probabilis est de factò, eadem indivisibili actione produci formam materialem, & ipsius unionem cum materia.

Veruntamen cum Amico, & aliis hoc etiam de possibili arbi- tror repugnare duplici ex capite; primò quia implicat, ut una eadem indivisibilis actio terminetur ad esse substantiale, & accidentale, quia actiones essentialiter distinguuntur per terminos ex 5. Physic. ac actio productiva humanitatis est actio verè, & proprie substantialis, actio verò unitiva eiusdem cum Verbo est essentialiter accidentaliter, quia ad puram relationem terminata, qualis est unio, & solum denominativè dici potest substantialis, quare- nus unio per ipsam producta est inter substantiales, & quidam per se unitas; Deinde quia implicat rursus ut una, eademque indivi- sibilis actio terminetur ad esse naturale, & supernaturale, quia actio naturalis exigit terminum naturalem, supernaturalis verò supernaturalem, quare eadem actio esse nequit naturalis, & su- pernaturalis quoad essentiam; ac humanitas est entitas naturalis, unio autem hypostatizans cum Verbo supernaturalis, quoad essen- tia, ergo &c. Nec valet dicere eam actionem fore simul substan- tialem, & accidentalem, naturalem, & supernaturalem respectu diversorum; cum enim substantiales, & accidentales, natura- litalis, & supernaturalitas quoad essentiam sint differentie in- trinsece rei, implicat eas simul in eadem indivisibilem actionem coalescere, sicut & in eundem terminum alioquin actiones non amplius per terminos distinguerentur, & quælibet actio posset ad quemcumque terminum terminari.

Denique hoc hoc, quod aliquid alteri uniretur, non propter, hoc ex vi talis unionis intelligitur formaliter producti, imò productio eiusdem uniri supponitur ipsi unioni, ut de anima rationali constat, quæ prius natura supponitur producta, quam corpori unita Imò illud quoque est ex vi unius indivisibilis actionis formam materialem produci, & simul uniri subiecto, ut Lugo dicebat, sed producturæ vi duplicis actionis, quæ una tantum producti ut, quod dicitur educio, cum essentiali tamen exigentiam alterius, actio- nis, qua producturæ unio, quæ simul unita, & complex ultimò for- mam in esse; quæ forma materialis, ab anima rationali discrimi- natur, cuius actio productiva non est alterius actionis exigiti- va, qua producturæ unio, cum ex lenata sit substantia.

In oppositum arguunt auctoritate, & rationem; nam Leo Papa 165 Xpi. 11. ad Julianum contrarium docet his verbis: *Natura nostra non sic assumpta est, ut prius creata, postea assumptetur, sed ut ipsa assumptione crearetur.* Sic etiam loquitur Fulgentius lib. de Incarnatone, & gratia c. 3. *Ipsa acceptio carnis conceptio est Virginis, ubi per accceptionem carnis intelligitur actio unitiva, per conceptionem Virginis actio productiva.* Sed facilis est, & communis responso, quod Partes isti non loquuntur de actione, sed de tempore; quo humanitas Christi assumpta est à Verbo, contem- dens non prius tempore creatam fuisse, & postea assumptam, ut asserbant Eutichiani dicentes, humanitatem Christi prius fuisse productam, atque assumptam, prioritate temporis, atque ideo Christum aliquando fuisse partem hominem; & postea factum esse divinitatis participem; Sed simul ac eodem tem- pore fuisse creatam, & assumptam, an autem id factum sit una actione, vel duabus non disputant, sic plane colligitur ex ip- sius Fulgentii verbis, cum inquit loc. cit. *Non est igitur aliud in- ter vallum temporis existimandum inter conceptu carnis initium, & concipiendæ Matris adventum;* Neque obstat, quod obicit Bernal propositiones partem esse identicas, atque ideo non solum inuere simultatem actionum temporis sed etiam identitatem; Nam illæ propositiones intelligendæ sunt in sensu concomitan- ti, non autem identico; sicut explicari solent: illa propositio, *generatio unius est corruptio alterius,* quare verba illa Leonis; *ut ipsa assumptione crearetur;* sunt accipienda identitate, sed con- comitanter, ac si dixisset in ipsa assumptione, seu tum cum as- sumpta est, creata fuit.

Deinde arguunt ex absurdo, si actio productiva humanitatis Christi fuit distincta ab actione unitiva, opus est productivam fu- sisse unitivam priorē quia prius est rem existere, quam alteri uniri ergo conceptio humanitatis fuit prior, quam eius unio cum Ver- bo, atque ita Deus non est conceptus ex Virgine, nec Beata Vir- go fuit verè Mater Dei, nam carnis dicitur conceptio: De eum, quatenus concepit hominem Deum, ac si humanitas prius pro- ducta fuisset, quam unia Verbo non concepsisset hominem De- um, sed partem hominem.

Respondeo negando ultimam consequentiam, nam concep- tio humanitatis fuit quidem ordine naturæ prior, quam unio cum Verbo, sed simul ordine temporis, & hoc sufficit, ut Deus dicatur



dicatur ex Virgine conceptus: nam eo instanti temporis, quo humanitas concepta fuit ex Virgine, fuit etiam unica Verbo, quapropter in eo instanti verum fuit dicere, Deus conceptus est ex Virgine: & per hoc sufficiens ratio Maternitatis salvatur, quia in eodem instanti actio ipsius ad hominem Deum terminata fuit, licet ipsam unionem physice non attingeret, nec major requiritur influxus, quia nec est possibilis, alias minoris momenti objectiones, vide apud P. Bellutium solutas.

De Termino actionis unitivæ, de qua est sermo, plura hic disputari solent, quæ potius ad modum loquendi attinent, quam ad rem: sicut ergo cujuslibet mutationis, vel productionis duplex terminus assignari solet, alter proximus, & immediatus, qui solet dici terminus formalis, & est qui terminat actionem in ratione termini ad quem; aliter ultimatus, & adæquatus, & est qui refertur ultimum, & adæquate terminat totam actionem, qua resultat dicitur etiam totalis, & resultans; sic in proposito hujus actionis unitivæ, servata proportione, duplex terminus assignari potest: sicut per terminum formalem, proximum, & immediatum intelligitur ille, qui immediate recipit esse per actionem, quo sensu in productione compositi naturalis ipsa forma dicitur terminus formalis ad quem, quia immediate recipit esse per actionem generativam, in hoc sensu terminus formalis, proximus, & immediatus actionis hujus unitivæ erit unio ipsa in humanitate producta; hic enim uniois modus est, qui primò, & immediate producit per talem actionem, cum alioquin persona divina ab æterno ante hanc productionem præexistere; & natura humana, licet simul tempore sit producta, tamen non est producta formaliter per actionem unitivam, ut diximus, sed aliquo pacto ordine nature supponitur; Nec obstat, quod hæc unio in sententia nostra sit pura relatio, quæ sicut propria acquisitionem non habet, ita nec per se terminus alicuius actionis, vel mutationis constitui potest: Hoc enim veritatem solam de relatione intrinseca adveniente; ac relatio extrinseca adveniens propriam novitatem habere potest, ut ex instanti declarat. Doctor 3. disp. 1. q. 1. §. ad illud in oppositum. Si verò per terminum formalem intelligatur ille, secundum quem terminus adæquatus accipit esse simpliciter, sive accipiat esse per eandem actionem, sive præsupponatur illi; sic terminus formalis in præsentem actum humanitas ipsa ut Verbo unita, quia est ratio, cui Verbum accipit esse simpliciter, & humanitas in humanitate enim Christus formaliter est homo, quo sensu de termino formali hujus actionis unitivæ videtur loqui Doctor 1. disp. 5. q. 2. R. ut Patet Bellutius adverteit disp. 2. q. 4. in fine.

Terminus verò ultimatus, totalis, & adæquatus erit Christus Dominus, seu persona Verbi in duabus naturis subsistens; quia in omni alia productione terminus totalis, ad quem est id, quod ultimo resultat per actionem, & propter quem sunt ætera omnia; at hic est terminus ultimus, qui per Incarnationem resultavit, estque totalis, & adæquatus, ad quem tota actio Incarnationis ordinata fuit; nam quod ultimo resultat per Incarnationem, & propter quod fit unio duarum naturarum in una persona, est Christus Dominus, seu ut Deus fiat homo, ergo, &c. Nec obstat, quod de ratione termini totalis actionis productivæ est, quod sit aliquid per se unum, & per se producatur per ipsam actionem productivam, quod de Christo verificari nequit, quia nihil importat per se, nisi divinum suppositum in natura creata subsistens. Non enim eo rigore Christum statimus terminum totalem, & adæquatum actionis unitivæ, sicut est compositum actionis generativæ, quia humanitas, & Verbum non sunt cause physice constituentes aliquid tertium; sed potius dicuntur res substantialiter unitæ constituentes aliquid tertium solum in adæquate ab illis distinctum; & in hoc sensu dicimus ex humanitate e, & Verbo unitis resultare unum Christum in adæquate ab illis distinctum, non quidem collectivè simpliciter sed distributivè, & hoc sufficit in proposito, ut proportione servata dici possit terminus, qui resultat ultimo, & adæquate terminat omnem actionem; & in hoc sensu optime loquuntur Faber, Rada, Bellutius, & alii Scotistæ dicentes, terminum proximum, & immediatum actionis unitivæ esse uniois, terminum verò ultimatum, & ultra quem agens non progreditur, esse hoc totum substantiale Christum, quicquid contra eos reclamet. Auctor controu. inter Scotistas p. 2. controu. 6. contendens terminum totalem actionis unitivæ esse ipsam unionem de novo in natura productam, quia ipsa sola per hanc actionem acquirit esse de novo, quod est de ratione termini totalis; Nam contra ipsum pariter urgeri potest esse de ratione termini totalis, quod ita actionem terminet, ut agens ultra ipsum non progrediatur, nec ipse ad aliquid ulterius ordinetur constitutum; ac unio non est huiusmodi, quia ordinatur ad constituendum hoc totum substantiale Christum eo modo, quo est aliquid per se unum; ergo dici nequit terminus totalis, & adæquatus.

Tum quia, si terminus totalis actionis hujus esset sola uniois relatio; cum hæc sit accidens, actio illa potius dici debere accidentaliter, quam substantialiter, quia ad purum accidens terminata; Et dum respondent, ut productivam, re vera esse accidentaliter, quia solum accidens producit; ac quatenus unitivam, dici debere substantialiter, quatenus unita per ipsam sunt substantiæ, & substantialiter unum. Tam per hoc fatetur solam unionem non esse terminum totalem, & ultimatum huius actionis, quia ipsa adhuc ulterius ordinatur ad constituendum aliquid substantiale per se unum, quod proinde magis propriè dicitur terminus totalis, & ultimatus illius actionis; Itaque terminus totalis Incarnationis fuit persona in divina, & humana natura subsistens, quæ dicitur Christus, si enim dicitur terminus totalis Incarnationis, qui ex unione personæ divinæ & nature humanæ resultat.

Ex quo tandem facile quoque est designare terminum a quo Incarnationis; si enim sumatur, prout opponitur termino ad quem totali, sic est non Christus, sive non compositum ex divina persona, & humana natura; si autem sumatur, prout opponitur termino ad quem formaliter iuxta posteriorem acceptionem explicatam n. 167. sic est carentia humanitatis in Verbo; si vero iuxta priorē sic est carentia uniois in humanitate, non quasi aliquando prius tempore præcesserit Christi humanitas sub tali carentia, à qua transierit ad unionem per ipsam Incarnationis actionem; sed quatenus substantia creata debuisse necessarîo accedere humanæ nature, nisi per divinam substantiam impedita fuisset, quod sufficit, ut dici possit terminus à quo, licet non ita propriè, sicut dici solet privatio, quando præcedit formam in subiecto prioritate durationis, ut Kadā declarat controu. 3. de Termino uniois in fine; & de his hæctenus, quia res est parvi momenti ad solum modum loquendi spectans.

QUESTIO QUARTA.

De Verbo immediate assumptis omnes partes integrantes humani corporis, etiam sanguinem, & alios humores.

Errum est Verbum assumptis omnes partes integrantes, que formaliter, & intrinsece sunt de constitutione integri corporis humani, ut sunt omnia membra, & in membris carnem, ossa, nervos, & similes partes animæ informatas; Difficultas est de quibusdam partibus corporis, & præsertim de sanguine, & aliis rebus humoribus; constat quidem Christum hæc omnia habuisse in suo corpore, sed quaeritur, an hæc assumpserit immediate ad sui substantiam, sicut assumpsit carnem, & animam; & an hæc omnia immediate fuerint uniois, seu substantiæ Verbi; vel potius mediatè, mediantè personæ uniois totius corporis, vel totius humanitatis; & ratio dubitandi est, quia huiusmodi partes fluide non informantur anima secundum communem opinionem quam fecerunt veteres in lib. de Anima disp. 2. q. 9. art. 1. ac persona Verbi non videtur assumpsisse ullam partem corporis, nisi animatam.

Tres sunt opiniones in hac controversia, due extreme, & una media. Prima universaliter negat sanguinem fuisse immediatè à Verbo assumptum, eo quod non est actu pars corporis humani, ita Durandus 4. disp. 10. q. 1. Gabriel in Cant. lect. 53. & modo ex nostris Gallus 3. disp. 2. quest. 2. controu. 5. Poncius disp. 34. q. 4. Vulpes disp. 6. art. 3. Secunda extrema universaliter affirmat sanguinem fuisse semper Verbo immediatè coniunctum, tam antè separationem à corpore in vita, quam post separationem in triduo mortis, quod etiam affirmat de sanguine in Terris relicto, seu de guttis sanguinis, quæ non sunt corpori reunite, casu quo aliquæ partes sanguinis manserint in spinis, sudario, cruce, &c. ita Valentia, Cæcilius, Meracius, & alii. Tertia tandem sententia media cum distinctione procedit, licet non eodem modo, Caiet. 3. par. qu. 54. art. 2. Sylvest. in Rota aurea tract. 3. qu. 31. & alii duplicem distinguunt sanguinem: alius enim est inanimatus, & nutritivus, & hunc tantum in corpore, quæ extrà corpus dicunt fuisse semper à Verbo distinctum, alius verò vitalis, & animatus, quem dicunt fuisse semper Verbo unitum. Alii verò talem non admittentes sanguinis distinctionem, cum totus sanguis hoc ipso, quod incorporatur viventi, & sit pars ipsius, vim habet simul nutriendi, & integrandi naturam, affirmant sanguinem fuisse quidem hypostatice unum Verbo, antè separationem, sed post separationem dicitur fuisse à Verbo dimissum, & post resurrectionem fuisse rursum immediatè Verbo unitum: ita Ricard. 3. disp. 2. art. 2. quest. 1. Maron. 4. disp. 42. qu. 1. & alii. Alii tandem affirmant totum sanguinem fuisse assumptum, nec illum fuisse per separationem à corpore à Verbo seorsum, unde volent etiam in triduo fuisse immediatè Verbo unitum, non tamen omnem, sed cum solum, quæ erat in resurrectione restitutum.

reassumendus quas protèr aiunt, quod si aliqua pars remanet in Terris, hæc non est hypostatice Verbo unita, & hæc est modò communis in Scholis opinio, quam late tradunt Suarez, Vasquez, Lugo, Amicus, Averis, Ariaga, Calpeñis, Beccanis & ex nostris Bellutius disp. 3. q. 5.

ARTICULUS PRIMUS.

Resolutio Questionis.

Quoniam Doctor de hac re ex instituto non tractat, idèd Scotistæ in variis abierit sententias: quare eam sententiam hic adstruere debemus, quæ conformior est doctrinæ Patrum, & Conciliorum, ac etiam principis ipsius Scoti. Itaque statuendum est cum communis sententia totum Christi sanguinem, tam in corpore existentem, quam & corpore effusum in triduo fuisse immediatè Verbo unitum; Sole hæc assertio probari ex variis Scripturæ locis, quibus sanguis Christi dicitur nos purgasse, redemisse, liberasse, &c. quæ tamen probationem meriti Card. de Lugo, Ariaga, & alii imbecillè iudicant, quia ex his, & similibus assertiois non inferri potest, ipsam Christi personam cum sanguine effundentem pro nostra salute fuisse divinam alioquin cum ad Hebræos Christus dicitur cum clamore valido, & lacrimis non liberalis, & exauditus esse, dum pro nobis oraret, pariter ratione dici potest ipsum clamorè, & Christi lacrymas fuisse hypostatice Verbo unitas, quod est ridiculum.

Primo itaque melius probatur pluribus testimoniis Patrum, & Conciliorum assertum tunc ad Verbum assumptis simul carnem, & sanguinem, quæ late referuntur à Suarez disp. 15. sect. 6. & Card. de Lugo disp. 14. sect. 2. & ad Verbum habetur in sexta Synodo generali 488. & 16. Et ex Decreto Clementis VI. in Extravag. Vigintiis, de poenit. & remiss. libi Pontificis affirmat, non nisi per uniois unitivæ ad Verbum, quod quidem testimonium urget non tantum de sanguine in Corpore Christi existente, sed etiam à corpore effuso in triduo, de quo præsertim loquitur ibi Pontifex. Quæ testimonia tam explicationem non patiuntur, quod alia Scripturæ loca, in quibus sanguis Christi attribuitur valor, & effectus totius redemptiois, ita nimirum, ut Christi sanguis non ex sui unione ad Verbum, sed quia effusus, & oblatus fuit à Christo, qui est verus Deus, habuisse dicantur hæc vim homines redimendi: Non inquam, talem recipientur explicationem, quia hæc eadem ratio ob dignitatem personæ operantis hanc vim habuisse dicitur clamor, sudor, & lacrymæ Christi; eum tamen Pontifex peculiari quodam modo infinitatem præti, pro nobis oblati soli sanguini tribuat, ob infinitatem rei oblate, quæ non erat in clamore, lacrymis, & sudore, quam etiam specificat ex sui unione ad Verbum derivatam esse.

Respondet Poncius disp. 37. q. 4. art. 26. ex hoc loco non haberi, quod sanguis fuerit immediatè Verbo unitus, sed quod fuerit unitus ipse mediantè humanitate, & sic, ut dici possit sanguis Verbi, & hoc sufficit ad probandum Pontificis intentum, talis enim mediata unio sufficit, ut una gutta d'caur valuisse ad redimendum totum genus humanum, quod probat, quia una lacryma Christi, & una gutta sudoris ipsius potest sufficere ad totum genus humanum redimendum ex eo, quod esset lacryma, & sudor Verbi æterni, & tamen nemo dixerit lacrymas, aut sudorem Christi fuisse immediatè à Verbo assumptas aut hypostatice ipsi unitas. Sed hæc ipsa ratio à Poncio adducta aperte demonstrat prædictum locum de unione mediata non sufficienter explicari, nam hæc uniois mediata ratione humanitatis habent quoque lacrimæ, & sudor, ut ipse fatetur, & tamen Pontifex in infinitatem præti pro nobis oblati tribuit soli sanguini ob infinitatem; scilicet, rei oblate, quæ non erat in lacrymis & sudore; & cum soli sanguini tribuit peculiari modo uniois ad Verbum, signum est non tantum esse locutum de unione mediata, quæ hæc quoque lacrymis, & sudori convenit, sed de unione ipsa immediata.

Respondet Vulpes, hæc testimonia intelligi non debere de unione immediata, & actuali, sed mediata, & potentiali, nam in illis semper dicitur sanguis cum carne assumptus, nunquam solitarie sine carne; & si defisset talis locutio, deberet intelligi de unione mediata, quæ est nutrimentum proximè in carnem convertendum. Sed planè Clementina citata loquitur de solo sanguine, nec potest explicari de unione mediata ob rationem allatam; Nec etiam bene explicatur de unione potentiali, quatenus sanguis proximè convertendus erat in carnem Christi, tum quia nunc in Coelis nullo modo sanguis Christi dici debet Verbo unitus, quia non est amplius nutrimentum, nec est in potentia, ut convertatur in carnem Christi. Tam quia hæc ratio patitur dici potest Verbum fuisse unitum sanguini B. Virginis, quæque sanguinem assumpsisse; probatur sequela, quia sanguis in venis existens non statim in carnem convertitur,

sed paulatim, & tempore medio, cum ergò sanguis Beatæ Virginis paulò ante Incarnationem esset proximè convertendus in carnem Christi, tunc dici debuisse unitus, & assumptus à Verbo, quod est ridiculum, ut urget acutè Bellutius loc. cit.

Secundo principaliter probatur ex mysterio Eucharistiæ, nam sub speciebus vini reperitur sanguis per se primò ex vi verborum concomitantè verò divinitas ex Concil. Trid. sess. 13. c. 2. ergo sanguis est immediatè unitus Verbo, aliter sub speciebus vini nullo modo esset divinitas. Respondent divinitatem reperiri concomitantè sub speciebus vini, non proprie immediatam cum sanguine uniois Verbi, vel divinitatis, sed cum corpore, & anima, quæ ibi concomitantè adsunt, ut colligitur ex ipsius Concilii verbis, cum hanc concomitantiam exprimit, inquit: Divinitatem porri propter admirabilem illam eius cum corpore, & anima hypostatice uniois. Sed quatenus Concilium ita expressè non loquitur, satis tamen evidenter ex modo eius loquendi deducitur; intendit enim eodem modo, ac uniformiter ex vi consecrationis esse Verbum per concomitantiam sub speciebus vini, sicut est sub speciebus panis, at ex data responsione non esse uniois concomitantiam Verbi ad species panis, & vini, nam sub speciebus panis esset per immediatam concomitantiam corporis à Verbo immediatè suppositi, sub speciebus autem vini solum per mediatam corporis concomitantiam.

Deinde Scotus 4. disp. 8. quest. 1. B. & disp. 10. quest. 4. A. inquit, quod si in triduo mortis consecrata fuisset Eucharistia sub speciebus vini, fuisset res eadem ex vi verborum; quæ nunc est, nempe sanguis cum concomitantia divinitatis, & tamen hæc concomitantia non esset ratio corporis, postquam totus sanguis à corpore effluxisset; cum enim in triduo totus sanguis fuisset à corpore separatus, non possuisset Verbum adesse sub speciebus vini per concomitantiam; ergo vel adfuisse ex immediata unione cum sanguine; vel non fuisset facta consecratio, ut sit modò; Tum quia si species vini consecrati in Sacra Cræna fuissent in triduo reservatæ, adhuc fuisset ibi sanguis Christi ex vi verborum, & non fuisset amplius corpus concomitantè, & anima sicut prius erant ante passionem, vel ergò ibi adfuisse divinitas, vel non; si secundum, ergo quod prius erat verum Sacramentum, postea cessasset, & tamen nulla esset facta mutatio in speciebus, & adhuc permaneret accidentia sine subiecto; si primum, ergo non adfuisse, nisi ex immediata unione cum sanguine. Si dicas, in tali casu sub speciebus vini non reperiri divinitatem, sed tantum primum signatum Eucharistiæ, scilicet, ipsum sanguinem Christi. Contrà, quia tunc non fuisset Sacramentum sicut nunc est, nec ibi vera fuisset res Eucharistiæ, quæ importat præsentiam divinitatis per concomitantiam.

Tertio probatur ulterius ratione Philosophicæ, quæ secundum veram Philosophiam sanguis non est purum alimentum, sed quidam putat, quibus adheret Vulpes, alioquin non resurgeret in corpore gloriosius alimento non egentibus, cuius oppositum docet Concilium Trid. loc. cit. ubi sanguinem tribuit Corpori Christi immortalis, & corporis; ex quo colligitur, quod licet secundum veriorē sententiam non sit animatus, tamen adhuc spectat ad constitutionem humane nature, & integritatem humani corporis; & ratio est, quia sanguis non solum corpori inservit nutrimentum, sed etiam ut principium multarum operationum, & est instrumentum vitale necessarium ad functiones vitæ, quæ ad veritatem nature humane sunt necessaria; Cum igitur Verbum assumpsit humanitatem perfectam, & integrum corpus humanum; ergo cum ea simul assumpsit omnes partes, quæ illam substantialiter integram, & perficiunt.

Respondet Poncius, partes huiusmodi fluidas qualis est sanguis, non spectare ad primariam hominis constitutionem, sed tantum secundariam, quandoquidem non animatur; sole autem partes animatæ spectant ad primariam hominis constitutionem, & idèd illæ non debent per se immediatè assumi, si cutitæ, quandoquidem aliquid debet esse discrimen inter assumptionem harum, & illarum. Sed hæc responsio contra ipsum respondentem militat, quin in eadem questione negat partes ipsas essentielles animam, & corpus fuisse immediatè à Verbo assumptas, & vult esse tantum mediatè assumptas, medianter nimirum tota humanitate, quo quidem modo discurrendo totum pericallatum discrimen; Tum quia, ut tradit Scotus 4. disp. 8. qu. 1. B. licet accipiendo corpus strictè, prout includit solas partes animatas, & est primum perfectibile ipsius animæ, sanguis non fit pars corporis, quia actu non est animatus, sed in potentia propinqua, ut convertatur in carnem animatam; tamen latius sumendo corpus, ut omnia includit, quæ pertinent ad totum corpus corpus humanum, sive sint partes animatæ, sive sint alia non formaliter animata, ut humores, & spiritus, planè in hoc sensu sanguis est aliquid corporis, & ad primariam pertinet hominis, & corporis humani constitutionem.



nem in hoc sensu; quo pacto idem Scotus 4. disticti. 4. quast. 1. 5. de secunda principalis inquit ad veritatem naturae humanae non solum pertinere partes essentialiales, scilicet, materiam, & formam, sed etiam ad integritatem ipsius, air pertinere partes integrales, non solum heterogeneas, sed etiam homogeneas; Verbum igitur non tantum immediate assumpsit partes corporis animatas, sed etiam inanimatas, quae pertinent ad veritatem humanitatis; quare cum queritur, an haec vel illa pars Corporis Christi fuerit immediata Verbo assumpta, non debet attendi, an sit animata, sed potius an ad veritatem, & integritatem humanae naturae pertinet.

181. Quartum probatur, quia sanguis ille fuit assumptus, ut perpetuo maneret divinus. Verbo unicus cum post resurrectionem etiam fuerit reassumptus ergo dicendum est nunquam fuisse a Verbo dimissum, etiam quando fuit a corpore separatus; consequentia patet, idem enim anima, & corpus semper fuerunt Verbo unita etiam post eorum ab invicem separationem, quia post resurrectionem erant reassumpta, & debebant manere perpetuo Verbo unita.

Respondent negando paritatem de anima, & corpore, nam illa fuerit directe a Verbo assumpta, cum sit partes essentialia naturae humanae; sanguis vero solum fuit assumptus, ut perfectio corporis, & pars integralis ipsius; & ideo solum divinitati unitus remaneat, quousque existit in corpore; Neque corpus, & anima ea ratione praesens non fuerit dimissa, quia erant reassumpta, sed praesentia quia erant essentialia naturae humanae partes, & directe assumpta; sanguis vero fuit assumptus, ut pertineret ad solam corporis integritatem. Sed contra, quia si ratio praecisa, cur anima, & corpus fuerint assumpti, etiam post eorum ab invicem separationem est, quia sunt partes essentialia, sequeretur, sanguinem etiam ante a corpore separationem tenent se respondentes a consequentia patet, quia sanguis etiam corpori inexistens non habet rationem partis essentialis hominis, sed tantum integralis; Ratio ergo, cur sanguis fuerit immediate assumptus, est quia licet non sit pars essentialis humanae naturae, tamen est pars integralis praecipua speciem ad constitutionem humani corporis, ut praecedenti ratione declaratum est; Unde quia haec ratio sanguinis distincta unione fuit unitus Verbo ab unione animae, & corporis, ut tenent se respondentes, ante separationem a corpore; dicendum est hanc quoque retinuisse post separationem a corpore, cum eius unio non dependat ab unionibus animae, & corporis; & si cum eis semper unita Verbo remaneret etiam in triduo, sic dicitur etiam post resurrectionem, quod sanguis praesentem triduum erit de sanguine; Accedit, quod sanguis praesentem triduum praeter nostrae redemptionis, & quidem non in corpore Christi existentem, sed separatam, & a corpore effusam; ergo praesentem in hoc statu separationis egreditur praeteritum infinitum, & peccati ratione, quae dicitur lacrymae, & sudores ab oculis, & corpore Christi manentes, ut constat ex Clementina ab initio citata, quae quidem ratio in hoc puncto mihi videtur maxime fluere, ut unionem Verbo immediatam sanguinis Christi tribuamus, non tantum ante separationem a corpore, sed etiam post separationem in triduo.

182. Respondet Gallus cit. Clementinam nec guttam sanguinis, nec totum sanguinem unquam considerasse solitarii, & abique ordine ad humanitatem, quandoquidem sanguis effusio materialiter, & per se praesentia voluntate, non est meritoria, sed illa effusio, ac sanguis effusus, sicut & mors a voluntate totam vim meriti accipiunt; ergo sicut ut meritum ad idem referri debet, ac subinde humanitatem, ita & ut unitum ad idem referri debet, quia ratio meriti in Christo ab humanitate, ad illa verba in sensu plano, & literaliter expendenda sufficit. Sed haec quoque solutio explosa miser ex dicitur ab initio articuli num. 175. in illorum verborum explicatione, nam hanc mediantem unionem ratione humanitatis, & merium dependenter a voluntate Christi habuerunt lacrymae, & sudor ipsius; & tamen Clementina talem praeteritum infinitatem pro nobis oblata tribuit Sanguini Christi effuso, qualem non tribuit lacrymis, & sudoribus; & hanc explicat obvenisse ob unionem ad Verbum; at unionem ad Verbum mediatam, & valorem a voluntate humanitatis dependentem habuerunt etiam lacrymae, & sudor; ergo aliquam peculiariter unionem tribuit sanguini, quae illis convenire non potest, quod plane esse non poterit, nisi immediata; & licet merium Christi in ratione liberi a voluntate dependeat, adhuc tamen in ratione infiniti ab unione dependet hypostatica.

183. Neque argumentis hactenus adductis fit satis per illam distinctionem de duplici sanguine nutrimentali, & vitali, itaut hic tantum in corpore, quam extra corpus semper fuerit Verbo communicatus, non ille, ut dicebat Thomista ab initio citati, itaut argumenta adducta de solo sanguine vitali convincant, non vero de nutrimentali; ceteri enim omnes uno ore latenter vanam esse illam distinctionem, nec ullum habere fundamentum, totum enim sanguis est substantialem eisdem naturae, nec informatur anima; & totus sanguis hoc ipso, quod viventi incorporatur, & fit pars ipsius, vim habet simul nutriendi, & integrandi naturam; unde totus sanguis in hoc sensu dici debet immediate assumptus a Verbo, etique unitus tam ante separationem a corpore, quam post separationem in triduo.

Quintum praeterea eisdem rationibus asserendum est tres quoque alios humores humani corporis, scilicet, choleram, phlegma, & melancholiam fuisse hypostaticè Verbo unitos; ita communiter Theologi, qui eodem modo de his humoribus loquuntur, sicut de sanguine; licet enim non adint testimonio sic expressa pro humoribus, sicut pro sanguine, ratio tamen eadem esse videtur, quia non minus illi humores, ac spiritus animales, & vitales, quam sanguis, sunt de integritate hominis, & ad veritatem pertinent humani corporis, ut habet Scotus loc. cit. Tum quia, ut notat Cardinalis de Lugo disp. 14. sect. 8. ab initio, humores illi non solum sunt partes humani corporis, sed etiam ipsius sanguinis humoris modo accepti, nam licet sanguis purus sit unus ex quatuor humoribus ab aliis tribus constitutus; tamen est purus, sed mixtus ex omnibus humoribus; sic enim dicitur in sectione venae aliquem sex, vel octo sanguinis unicas emississe, qui tamen magna ex parte consistit ex bile, & aliis humoribus; Imò putat Lugo cit. in hoc sensu sanguinem poni ex vi verborum sub speciebus vini in Eucharistia, scilicet, pro aggregato ex quatuor humoribus, quod humore, & populari sermone sanguis appellari solet; quare si sanguis immediate unitur Verbo, consequens est, ut alii quoque humores, qui cum de facto componunt, debeant etiam Verbo immediate uniti.

184. Quod autem ad illud dubium, an aliqui reliqui veri Sanguinis Christi in terra remanerent post eius resurrectionem; quamvis D. Thomas 3. part. quast. 54. art. 2. id negasse videatur, dum inquit totum sanguinem, qui in passione effusus, fuisse post resurrectionem reassumptum, nec Christum in Coelis faceret imperfectum; Nihilominus communis opinio necesse aliquos eius particulas ad passionis memoriam in cordibus fidelium alius imprimendum in Terris fuisse relictas; cui indubitata facit fidem historiae quamples, quae de sanguine Christi in terris existentem referunt, & de locis in quibus asseruntur, & adoratur, & late referuntur Suarez disp. 47. sect. 3. Valquez disp. 36. cap. 8. Amic. disp. 15. sect. 7. & alii passim; Nobis pro nunc sufficit, nec extra Italiam vagemur, in his reliqua sanguinis, quae Venetiis in nostra aedificata Ecclesia in ampulla vitrea balsamo plena adde rubicunda, ut recenset in Corpore Christi manasse videtur. Et altera, quae servatur Mantuae in Abbatis S. Benedicti in templo S. Andreae, quam ed attulisse Longinum fama est.

185. Nec valet responsio, quam aliqui afferuntur ex Divo Thoma, sanguinem, qui in quibusdam Ecclesiis asseruntur, non esse sanguinem Christi in passione effusum, sed qui miraculose effluxisse dicitur ex quadam Christi imagine a Iudeis percussa. Non valet, quia ad sanguinem Mantuae existentem examinandum fuerit fuisse Leonem III. illumque ut verum Christi sanguinem comprobasse, & saltem haec responsio nullum potest habere locum in sanguine maculis, quae tum in Sacra S. nduae, tum in Sudario, tum in spinis, & clavibus, aliique passionis instrumentis passim circumstantur, non enim verisimile est huiusmodi maculas illis instrumentis fuisse impressas ex contractu sanguinis miraculose, cum multo antea, quam sanguis miraculose ex praefata Christi imagine effusus fuisset, fuerint in illis reliquis notatae. Nec rursum valet, quod ad hoc astant aliqui, maculas illas non esse reliqui sanguinem, sed potius sanguinem colorem, quem dicitur tempore passionis ex contractu sanguinis Christi contraxerunt. Non valet, sicut enim corpus album rem, quam tangit, non albisficat producendo in ea tantum albedinis colorem, sed illi communicando per contactum aliquam substantiam albae particulam, sic in proposito non potuit Christi sanguis reddere intrinsecam illa passionis, quae talem, rubra producendo tantum in illis ruborem, cum talem virtutem producendi non habeat, sed illa rubricavit, aliquam propriam substantiam particulam illis communicando per adhaerentiam, non enim aliter rubescit sanguis subiectum, quod tangit, quam seipsum rubrum, eo modo, quo attramentum corporis, quod reddi nonnullum, nullam producit in charta colorem, sed quem in se habet chartae communicat, seipsum chartae communicando. Et quando etiam concederetur, multos colores produci efficeretur a liquoribus, ut contra dicitur Arriaga, nulla ratio

186. Quod autem ad illud dubium, an aliqui reliqui veri Sanguinis Christi in terra remanerent post eius resurrectionem; quamvis D. Thomas 3. part. quast. 54. art. 2. id negasse videatur, dum inquit totum sanguinem, qui in passione effusus, fuisse post resurrectionem reassumptum, nec Christum in Coelis faceret imperfectum; Nihilominus communis opinio necesse aliquos eius particulas ad passionis memoriam in cordibus fidelium alius imprimendum in Terris fuisse relictas; cui indubitata facit fidem historiae quamples, quae de sanguine Christi in terris existentem referunt, & de locis in quibus asseruntur, & adoratur, & late referuntur Suarez disp. 47. sect. 3. Valquez disp. 36. cap. 8. Amic. disp. 15. sect. 7. & alii passim; Nobis pro nunc sufficit, nec extra Italiam vagemur, in his reliqua sanguinis, quae Venetiis in nostra aedificata Ecclesia in ampulla vitrea balsamo plena adde rubicunda, ut recenset in Corpore Christi manasse videtur. Et altera, quae servatur Mantuae in Abbatis S. Benedicti in templo S. Andreae, quam ed attulisse Longinum fama est.

187. Neque deest ratio ad hoc idem suadendum, quia non est incredibile Christum habuisse aliquam sanguinis partem, quae vera necessaria non erat ad fideliem devotionem fovendam, nec fuit in resurrectione necessarius reassumenda, ut perfectus resurrectio diceretur; Quae ratioe Pius II. in quadam Bulla ad Abbatem Monasterii S. Marci Diecesis Xantoniensis, quam refert Sylvester in Rota aurea 17. 3. g. 51. declaravit nullatenus veritati fidei repugnare aliam particulam Christi sanguinis in Terris mansisse. Quod etiam Baronius confirmat anno 804. dum ait, hanc veritatem ita a Romanis Pontificibus esse diu examinatum, & per sacra diplomata comprobatum, ut de ea nullus maneat amplius dubitandi locus; quam sententiam etiam tenet D. Bouau. 4. disp. 12. ab initio in declaratione textus Magistri dub. 2. ubi inquit, quod etiam si aliquae guttae Sanguinis Christi manserint in Terris, non propterea lequi Christum in Coelis non esse integrum, & perfectum, quia tunc aliquis homo dicitur esse integer, quando totum sanguinem tenet, vel eius maximam partem; quod inferri dicitur esse, quod in Christo resurrecto totum; quod fuit de veritate humanae naturae, & quod spectat ad essentialiam, et ideo dicitur esse in Coelo totus, & integer.

188. Quamvis autem res ita se habeat, adhuc tamen dicendum est Verbum non retinere unionem ad particulas sanguinis in terris relictas, ita Suarez, Valquez, Amicus, Arriaga, Lugo, Bellutus, & alii passim, licet oppositum cum Valentia tenet Cencinus ex nostris disp. 9. cap. 4. n. 110. Ratio est, quia sanguis ille non amplius censetur pars Corporis Christi; ergo nec dici debet hypostaticè unitus Verbo; consequentia patet, quia hoc admisso jam cessat in ipso ratio talis unionis; probatur assumptum, quia vel illa gutta in fine mundi fuit rursus unione Corpori, vel eius partes, vel non; si non, habetur intentum, quod eius partes non amplius censentur; si primum, iam inde foret Christum nondum perfectè resurrectio, aut non esse modò in ea perfectione, & integritate, quae est futurus post diem iudicii, quod non est admittendum. Tum quia, si sanguis ille censetur pars Corporis, & Sanguinis Christi deberet in Eucharistia reperiri; & ibi fieri praesens ex vi verborum; quod nemo hactenus dixit, & oppositum docet Tridentinum loc. cit. Tum etiam, quia nulla necessitas, vel utilitas talis unionis existit; haec enim praecipue foret adoratio laetitia, quae talibus debetur reliquiis; at ad hanc sufficit, quod olim fuerit Verbo unita, quomodomodò, etiam sine ulla unione physica cum divinitate, manet Crux summa adoratione digna ob solum coactum physicum praecedentem adorationem ad Corpore Domini; Imò & sanguis, qui miraculose effluxit ex aliqua Christi imagine, adorandus est eadem adoratione propter representationem proprii sanguinis Christi; Itaque concludendum est, quod si aliqua particula sanguinis manent apud nos in Terris, modò jam non habent unionem hypostaticam, quia Christus non est, nisi in Coelo, aut in Eucharistia.

189. Quare, quandonam guttae sanguinis in Terris relictas unionem ad Verbum amiserint, nam si ipso momento quo effulse sunt amississe dicantur, sic pariter dicendum foret de aliis partibus in resurrectione reassumptis, cum non maior ratio de his videatur, quam de illis; Putant aliqui totum sanguinem in passione effusum unionem retinuisse etiam secundum partes quae non erant reuniente, usque ad resurrectionem, eo quod omnes, & singulae ad illam usque horam aequale omnino jus reassumptionis haberent; sed resurrectionem, quae remanserunt in Terris, unionem perdidisse, ita Card. de Lugo ea disp. 14. sect. 5. Arriaga verò disp. 23. sect. 3. cum distinctione procedit dicens, quod guttae sanguinis non reuniente omnino separatae ab aliis guttis, quae reuniente erant; ipso momento effusionis perdidit unionem ad Verbum; guttae sanguinis non reuniente, permixtae tamen aliis, quae erant reuniente, unionem hypostaticam retinuerunt, donec omnino ab aliis separarentur. Sed quomodocumque dicatur hoc plane certum est, quod si partes in Terris relictas ipso effusionis momento unionem amiserunt, & non potius post resurrectionem, ut probabilis videtur; non sequitur ideo iudicium faciendum de aliis partibus, quae erant reuniente, iam eo ipso censentur spectare ad integritatem corporis humani, atque ideo maior ratio extat pro istis, ut unionem retineant ad Verbum, quam pro illis, ut ostensum est supra n. 181. in deducenda quarta ratione pro quo puncto, in quo potius divinitati licet, quam ratione certum stabilire ratione, vel auctoritate, videri potest Arriaga loc. cit. ubi plura habet ad hoc spectantia.

190. Quod autem ad illud dubium, an aliqui reliqui veri Sanguinis Christi in terra remanerent post eius resurrectionem; quamvis D. Thomas 3. part. quast. 54. art. 2. id negasse videatur, dum inquit totum sanguinem, qui in passione effusus, fuisse post resurrectionem reassumptum, nec Christum in Coelis faceret imperfectum; Nihilominus communis opinio necesse aliquos eius particulas ad passionis memoriam in cordibus fidelium alius imprimendum in Terris fuisse relictas; cui indubitata facit fidem historiae quamples, quae de sanguine Christi in terris existentem referunt, & de locis in quibus asseruntur, & adoratur, & late referuntur Suarez disp. 47. sect. 3. Valquez disp. 36. cap. 8. Amic. disp. 15. sect. 7. & alii passim; Nobis pro nunc sufficit, nec extra Italiam vagemur, in his reliqua sanguinis, quae Venetiis in nostra aedificata Ecclesia in ampulla vitrea balsamo plena adde rubicunda, ut recenset in Corpore Christi manasse videtur. Et altera, quae servatur Mantuae in Abbatis S. Benedicti in templo S. Andreae, quam ed attulisse Longinum fama est.

ARTICULUS SECUNDUS.

Solvuntur Objectiones.

190. In oppositum Primum argui solet, quod si Verbum immediate sanguinem assumpsisset, aliaque similes partes, per communicationem idiomatum verum esset dicere, Verbum esse sanguis, Verbum effunditur, & similia, quae tamen minime sunt concedenda; Quod argumentum ex absurdo deductum confirmat Poncius; quia sanguis, & idem est de aliis partibus non animatis, est substantia physice completa non minus, quam aqua, aut aer, quandoquidem consistit materia, & forma substantiali, quae non potest consistere cum alia forma substantiali, sicut potest forma corporeitatis, quae simul cum anima remanet in partibus; ergo si uniretur immediate Verbo, Verbum diceretur esse propriè sanguis; sicut diceretur aqua, si assumeret naturam aquae, & sicut dicitur homo, quia assumpti immediate naturam humanam a paritate rationis; sed hoc non conceditur; ergo non assumpti immediate sanguinem. Per quam rationem reinvicti communis responso, quod unio hypostatica solum est fundamentum communicationis inter naturas integras, sanguis autem est pars, & semper significatur, ut pars; quare sicut Verbum non dicitur manus, vel pes, quamvis manus, & pedem assumpti immediate, ita nec dicitur sanguis Reivicti, inquam, quia non est eadem ratio de manu, ac sanguine, quia manus non est substantia completa, quandoquidem sit pars integrali humanae naturae, & de primaria eius constitutione; unde sicut ipsa persona hominis non dicitur manus; ita nec persona Christi dici debet manus; sed sanguis non est talis pars, sed suppositum esse se physice completum; ergo debet dici, quod Verbum esset sanguis, sinaturam sanguinis immediate assumeret, quamvis non dicitur manus, etiam si illam assumpsisset. Accedit, illam communem solutionem ex alio quoque capite deficere, quia licet corpus alteram partem compositi significet, nihilominus, quia Verbum est illi unitum dicitur Deus sepulchrum per communicationem idiomatum; ergo similiter, quamvis sanguis esset pars, si Deus est verè illi unitus, & eius sanguis effunditur, diceretur similiter effusus, cum non videatur maior ratio, cur ratione corporis debea dici sepulchrum, & ratione animae descendens ad inferos, & non effusus ratione sanguinis. Nec valet, quod ad hoc responderi solet, dicitur esse in his locutionibus, quae cum corpus sit altera, pars principalis naturae humanae, ideo quae illi convenienter solent tribui totius sanguis est pars minus principalis, & ideo quae dicuntur de ipso sanguine, non dicuntur de natura humana, & consequenter neque de Deo. Non valet, quia neque manus est pars principalis hominis, vel pes, & tamen ratione manus, vel pedis dicimus, Petrus currit, Petrus percussit.

191. Respondet ad huius argumenti solutionem plura habere Card. de Lugo loc. cit. quae serio examinat, & refellit Arriaga disp. 23. sect. 1. ad num. 5. & inde, qui tandem responsum Scoti amplectitur 3. disp. 22. quast. unica. ad 3. prin. quod cum haec sit plura quaestio de vocibus, & de modo loquendi, nimirum de significatione illarum propositionum. Verbum est sanguis, Verbum est effusum, non debere nos angere querendo aliquod reale discrimen, ut ostendamus cur illa admittatur Homo est in sepulchro ratione corporis, & non illa Homo est in Leberem ratione sanguinis in Leberem effusi; sed pure recurendum est ad communem usum loquendi, quod unam usurpaverunt homines, & aliam non; quando enim modus loquendi improprius, & figuratus (qualis hic est, in quo pars pro toto usurpatur) inter homines recipitur, non bene ad alias materias, etiam si res ipsae sint similes, argumentum deducitur, ut probetur debere similes modos loquendi in eis usurpari, de quo nulla alia ratio reddi potest, nisi quia usus illos obtinuit, non verò hos; unde inquit Scotus loc. cit. quod est etiam a partibus sumi possent aliaque denominationes verae, non tamen admittuntur, quia non placuit Doctoribus ut Verbum denominaretur ab illis; Neque in eo, quod pars sit nobilis, aut praecipua potest fundari varius ille loquendi modus, ut communiter responderi solet, quod hoc convincitur exemplo in eadem parte, nam si manus Petri percutiat, dicimus, Petrus percussit, si manus abluatur, dicimus Petrus est ablutus, & ad baptismum id sufficit; si autem sola manus est nigra, non dicimus absolute Petrus est niger, quare nulla alia ratio varietatis harum locutionum reddi potest, nisi communis acceptio.

192. Hinc colligere licet in consequentiam Auctoris contraveniens statum inter Scotistas hic controu. 4. ubi notans ex integro sequi opinionem Belluti, Fabri, & aliorum Scotistarum de more suo iam notato supra num. 157. hanc rursus quaestionem dividit, & cum Belluto, & Fabro in secunda conclusione statuit sanguinem in Corpore Christi, inexistente in qua a Verbo divini immediate assumptum; & postea in quarta conclusione contra



